BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



demiam tuam predo irruit abla
ta est letitia et exultatio de carm
elo. et de terra moab et vinum de
torculari sustuli. Nequaquam cal
cator vue solitum celeuma canta
bit. De clamore esebon usque eleale
et iase dederunt vocem suam. A se
gor usque ad oronaim vitulam con
sternantem. Aque quoque verum et
pessime erunt. Et aufferam de
moab ait dominus offerentem in
excelsis et sacrificantem in excelsis
dis eius. Propterea cor meum ad
moab quasi tybia eris sonabit. et
cor meum ad viros muri fictilis da
bit sonitum tybiarum. quia plus
fecit quam potuit. id circo perierunt
Omne enim caput calvicium. et om
nis barba rasa erit. In cunctis et
manibus collisatio. et super omne
dorsum cilicium super omnia tecta
moab et in plateis eius omnis plan
ctus. quoniam contrivi moab. sicut
vas inutile ait dominus. quoniam
victa est. et ambulaverunt. quomodo
deiecit cervicem moab. et confusus
est. Eritque in derisum et in exem
plum omnibus in circuitu suo
Hec dicit dominus. Ecce quasi a
quila volabit. et extendet alas su
as ad moab. Capta est charioth.
et munitiones comprehense sunt. et
erit cor fortium moab in die illa
sicut cor mulieris parturientis
et cessabit moab esse populus quo
niam contra dominum gloriatus
est. pavor et fovea et laqueus super
te. O habitator moab. ait dominus
Qui fugerit a facie pavoris cadet
in foveam. et qui conscenderit in fo
veam capietur laqueo. Adducam
eos enim super eos annum visitatio
nis eorum. ait dominus. Iuxta
esebon steterunt de laqueo fugien
tes. quia ignis egressus de esebon
et flamma de medio seon. et devoravit
partem moab et vertitem filiorum
tumultus. Ve tibi moab petisti po
pule chamos. quia comprehense sunt
populi tui filii tui. et filie tue in capti
vitatem. Et convertam captivi
tatem moab in novissimis diebus
ait dominus. Huc usque moab in
dicia moab. Item ad filios amon.

XLIX

Hec dicit
dominus. Numquid non
sunt filii israel. aut heres
non est ei. Cur igitur hereditate
possedit melchon gad. et populus
eius in urbibus habitavit eius. Ideo
ecce dies veniunt in te dicit domi
nus. et auditum faciam super rab
ath filiorum amon fremitum prelii
et erit in tumultum dissipata. filii
que eius igni succendentur. et possidebit
israel posses sores suos dicit do
minus. Ulula esebon quo
niam vastata est har. clamate fi
lie rabath. accingite vos cilicius
plangite et circuite per sepes. quia mel
chori in transmigrationem ducetur
Sacerdotes eius et principes eius
simul. quid gloriaris in vallibus. De
fluxit vallis tua filia delicata que